



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXI. Der Bischof und das Domcapitel zu Havelberg übertragen dem Capitel des Klosters Broda das Recht, den Probst letztgenannten Klosters für immer aus dem Mittel der Capitelsherrn desselben, oder ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

gnosimus habuisse. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec in ciuitate nostra Berenwold presentibus nostris fidelibus domino Gunthero de keuerenberch et de luchow Comite, droysekino nostre Curie dapifero, Redekino nostre Curie Mariscalco, henrico de kroecheren, Euerhardo preposito Berlinensi, waltero preposito pozwalcensi cum pluribus fide dignis, Sub annis domini Millesimo CCC^o. XIX^o. dominica proxima ante assumptionis Marie.

Nach dem Havelberger Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives fol. 20.

XXI. Der Bischof und das Domcapitel zu Havelberg übertragen dem Capitel des Klosters Broda das Recht, den Probst letztgenannten Klosters für immer aus dem Mittel der Capitels-herrn desselben, oder woher es sonst wolle, zu wählen, gegen eine dem Kloster aufgelegte Subjection-Abgabe von vier Mark Silber, im Jahre 1331.

Nos Borchardus Dei gratia prepositus, Laurentius Prior totumque capitulum ecclesie Havelbergenfis recognoscimus publice per presentes, quod super discordia inter nos et capitulum ecclesie Brodenfis super iure eligendi prepositum ejusdem ecclesie de gremio ecclesie nostre Havelbergenfis concordauimus hoc modo, videlicet, quod nos omni iuri, si quod habuimus aut habemus in electione hujusmodi, renunciamus et presentibus renunciamus, non obstantibus quibuscunque literis aut privilegiis a quibuscunque donatis, admittentes et concedentes eidem priori et capitulo ecclesie Brodenfis, ut inter se de gremio ecclesie sue aut alterius eligendi prepositum dicte sue ecclesie liberam perpetue habeant facultatem sine omni impedimento nostri aut nostrorum successorum, Confirmationem tamen electionis hujusmodi ab episcopo nostro Havelbergenfi petitori et recepturi et in signum subjectionis nobis quatuor marcas argenti stendaliensis singulis annis in festo Philippi et Jacobi in ciuitate Wyzstoch expedite sub penis suis in literis ipsorum et episcopi super hoc confectis contentis erogabunt; nisi eos aliquem de gremio ecclesie nostre Havelbergenfis eligere contingeret, quo regente ad solucionem dictarum quatuor marcarum argenti minime tenentur. Electionis instrumenta aut privilegia donacionis super fundacione ecclesie sue, que nos habemus, solum in subsidium juris sui sub nostra custodia reservabimus pro utilitate communi eis, si opus fuerit, presentando.

Et nos Thidericus, Dei gracia episcopus Havelbergenfis, ordinationem prehabitam et omnia premissa rata habemus et ex certa sciencia de voluntate dictorum prepositi et capituli nostri presentibus firmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum unacum sigillis dictorum prepositi et capituli duximus apponendum. Datum et actum in castro nostro Wyzstoch anno Domini M^o.CCC^o.XXXI. sabbato proximo post dominicam Cantate; presentibus honorabilibus viris preposito in Jerchow Dno. Conen, Dno. Marquardo, preposito in Wyzstoch; magistro Nycolao, plebano in Kyrisf; magistro Gerharde, officiali nostro; Dno. Jo. Mankemus canonico Havelbergenfi; Magistro Hermano Papenhagen, canonico Bardewicensi et Dno. Waltero, vicario in Pencelyn, Dno. Joh. Kubir et aliis pluribus fide dignis.

Nach einer vom Prediger Sponholz zu Rülow gefälligst mitgetheilten Abschrift des im Großherzogl. Mecklenburg-Strelitzschen Geh. Archive befindlichen Originals.